

CERTIFICAZIONE LATINA 2025

LIVELLO B1

Test B1 – Prima parte (comprensione)

Soglia al 75% (30 punti su 40 di cui almeno 4 negli es. 5 e 6)

Svolgimento in 90 minuti

Summarium

Cicero, cum Romam de exilio rediisset, litteras Attico absenti scripsit, non solum ut laetitiam et amici desiderium nuntiaret, sed etiam ut auxilium peteret.

1 Cicero Attico salutem dicit.

2 Cum primum Romam veni fuitque **cui recte** ad te **litteras darem**¹, nihil prius faciendum
3 mihi putavi quam **ut** tibi absenti **de reditu gratularer**². Cognoveram enim, ut vere scribam,
4 te in consiliis mihi dandis nec fortiolem nec **prudenterem**³ quam me ipsum nec etiam
5 propter meam in te **observantiam**⁴ nimium **in custodia salutis meae diligentem**⁵;
6 eundemque te, qui primis temporibus erroris **nostri**⁶ aut potius furoris **particeps**⁷ et falsi
7 timoris socius fuisses, acerbissime **discidium nostrum**⁸ tulisse **plurimumque operae**, studi,
8 diligentiae, laboris **ad conficiendum reditum meum contulisse**⁹. Itaque hoc tibi vere
9 **adfirmit**¹⁰, in maxima laetitia et **exoptatissima**¹¹ **gratulatione**¹² unum ad **cumulandum**¹³
10 gaudium **conspectum**¹⁴ aut potius **complexum** mihi **tuum**¹⁵ defuisse. Quem semel **nactus**¹⁶
11 si umquam dimisero ac nisi etiam **praetermissos fructus**¹⁷ tuae **suavitatis**¹⁸ praeteriti
12 temporis omnis exegero, **profecto**¹⁹ **hac restitutione fortunae**²⁰ me ipse non satis dignum
13 iudicabo. **Nos**²¹ adhuc in nostro statu quod difficillime **recuperari**²² posse arbitrati sumus,
14 **splendorem** nostrum illum **forensem**²³ et in senatu auctoritatem et apud viros bonos gratiam,
15 magis quam optaveramus consecuti sumus; in re autem familiari, quae quem ad modum
16 fracta, **dissipata, direpta**²⁴ sit non ignoras, **valde**²⁵ laboramus, tuarumque non tam
17 **facultatum**²⁶, quas nostras esse iudico, quam consiliorum ad colligendas et **constituendas**²⁷
18 **reliquias**²⁸ nostras **indigemus**²⁹.

GLOSSARIUM

¹ cui recte ... litteras darem: homo fidus cui litteras committerem. ² ut ... de reditu gratularer: ut ... nuntiarem quantum gaudeam quod Romam redii ³ prudentiorem: in providendo ⁴ observantiam: pietatem ⁵ in custodia salutis meae diligentem: de mea salute servanda sollicitum ⁶ nostri: mei ⁷ particeps: socius ⁸ discidium nostrum: nos divisos esse ⁸ plurimumque operae... ad conficiendum reditum meum contulisse: plurimam te operam dedisse ut Romam redirem ¹⁰ adfirmo: dico ¹¹ exoptatissima: optatissima ¹² gratulatione: gaudio ¹³ cumulandum: augendum ¹⁴ conspectum (tuum): te conspicere ¹⁵ complexum ... tuum:	¹⁶ nactus: cum obtinero ¹⁷ praetermissos fructus: fructus quos habere non potui ¹⁸ suavitatis: dulcis amicitiae ¹⁹ profecto: sine dubio ²⁰ hac restitutione fortunae: hoc quod fortuna mihi restituit ²¹ nos: ego ²² recuperari: in statum priorem reduci ²³ splendorem ... forensem: gloriam fori ²⁴ dissipata, direpta: consumpta et rapta ²⁵ valde: multum ²⁶ facultatum: opum ²⁷ constituendas: confirmandas ²⁸ reliquias: quod superest, ea quae relictas sunt ²⁹ indigemus (+ gen.): caremus
---	--



1. Scegli il riassunto che meglio corrisponde al testo.

1. M. Cicero, cum primum Romam rediit, hominem fidum cui litteras ad Atticum absentem committeret invenit, quia de reditu congratulari valde cupiebat. Ante exsilium, Atticus fortior ac prudentior M. Cicerone fuerat; postea, dum Cicero in exilio est, plurimum operae contulit ad Ciceronis reditum conficiendum. Nunc Cicero valde laetatur de reditu suo, tamen Atticum amplecti ac conspiciere valde desiderat, quia discidium aegerrime tulit. Gloria forensis et dignitas senatoria illi restitutae sunt, sed res familiaris tam disiecta et fracta est, ut Attici magis facultatibus quam consiliis Ciceroni opus sit.
2. M. Cicero, cum primum Romam rediit, hominem fidum cui litteras ad Atticum absentem committeret invenit: nam de reditu congratulari valde cupiebat. Ante exsilium, Atticus nec fortior nec prudentior M. Cicerone fuerat; praeterea, numquam operam, studium, diligentiam et laborem adhibere valuit, ut Ciceronis reditum adjuvaret. Nunc Cicero valde laetatur de reditu suo, tamen Atticum amplecti ac conspiciere nondum vult: nam illi non ignoscit, cum particeps furoris fuerit. Domus Ciceronis deleta est, gratia apud bonos amissa: Attici consiliis ac facultatibus Ciceroni opus est.
3. M. Cicero, cum primum Romam rediit, hominem fidum cui litteras ad Atticum committeret invenit, quia amicus aberat: nam de reditu congratulari valde cupiebat. Ante exsilium, Atticus nec fortior nec prudentior M. Cicerone fuerat; tamen, dum hic in exilio est, numquam operam, studium, diligentiam et laborem large adhibere desiit, ut Ciceronis reditum adjuvaret. Nunc Cicero valde laetatur de reditu suo, tamen Atticum amplecti ac conspiciere valde desiderat, quia discidium aegerrime tulit. Gloria forensis et dignitas senatoria illi restitutae sunt, sed res familiaris tam disiecta et fracta est, ut Attici magis consiliis quam facultatibus Ciceroni opus sit.
4. M. Cicero, cum primum Romam rediit, hominem fidum cui recte litteras ad Atticum absentem committeret invenit, quia amico de reditu nuntiare volebat. Ante exsilium, Atticus nec fortior nec prudentior M. Cicerone fuerat; quare, ob discidium, Ciceroni non succurrit. Nunc Cicero valde laetatur de reditu suo et de restituta praeter expectationem fortuna, tamen Attici perfidiae non ignoscit, cum ab eo desertus sit, et operam, studium, diligentiam et laborem ad rem familiarem restituendam adhibere nunquam desinit.

2. Indica se ciascuna delle seguenti affermazioni è vera, falsa o non deducibile dal testo. (7)

	VERUM	FALSUM	NON LIQUET
Cicero litteras scribit ad Atticum qui Romae est.			
Atticus amici discidium bene non tulit.			
Ad Ciceronis reditum Atticus multum studium contulit.			
Atticus in consiliis dandis prudentior fuit Cicerone.			
Cicero se facile suam dignitatem recepturum esse duxit.			
Atticus magnam operam dedit ut Cicero in senatu auctoritatem recuperare posset.			
Ad complendum gaudium suum Cicero amici complexum cupit.			

3. Scegli la risposta corretta. (8)

1. Cicero, cum primum Romam rediit, quaesivit:

- a) hominem, a quo Attici litteras peteret
- b) Atticum, cui litterae committendae essent
- c) hominem fidum, cui litteras ad Atticum committeret
- d) Atticum, a quo litterae scriptae sunt

2. Cicero cupiebat:

- a) Attico de suo reditu gratulari
- b) Attico de reditu eius gratulari
- c) Attico de reditu eorum amici gratulari
- d) Attico absenti litteras dare ut amicus de suo reditu gratularetur

3. Cicerone absente, Atticus fuerat:

- a) fortior ac prudentior Cicerone propter Ciceronis observantiam in eum
- b) nec fortior nec prudentior Cicerone, quamquam Cicero in eum diligens fuerat
- c) fortior ac prudentior Cicerone et in custodia salutis eius diligens
- d) nec fortior nec prudentior Cicerone, quamquam Cicero in eum diligens non fuerat

4. Cicero cognoverat:

- a) Atticum, qui acerbissime discidium eorum non tulerat, plurimam operam praebuisse, ut Cicero in patriam non rediret
- b) Atticum, qui acerbissime discidium eorum tulerat, plurimam operam ad conficiendum suum reditum non praebuisse
- c) Atticum, qui acerbissime discidium eorum non tulerat, plurimam operam ad conficiendum suum reditum non praebuisse
- d) Atticum, qui acerbissime discidium eorum tulerat, plurimam operam praebuisse, ut Cicero in patriam rediret

5. Ciceroni defuit ad cumulandum gaudium:

- a) in maxima laetitia et exoptatissima gratulatione amicorum praesentia
- b) Attici complexus
- c) forensis splendor
- d) auctoritas in senatu

6. Quid Cicero post reditum suum consecutus est?

- a) fructus Attici suavitatis praeteriti temporis omnis
- b) splendorem forensem, in senatu auctoritatem et apud viros bonos gratiam
- c) splendorem forensem, in senatu auctoritatem, rem familiarem fractam
- d) splendorem forensem, apud viros bonos gratiam et Attici consilia

7. Cicero, quia non ignorabat suam rem familiarem dissipatam esse, petivit:

- a) reliquias ab amico
- b) facultates, quia indigebat
- c) non consilia, sed opes
- d) Attici consilia

8. Atticus Ciceroni est:

- a) fortunae donum
- b) sodalis senatorius
- c) auxilium in aerumnis
- d) rerum secundarum adversarumque particeps

1	2	3	4	5	6	7	8

4. Scegli il sinonimo, o la spiegazione che meglio corrisponde al testo. (8)

1. Cum primum Romam veni (r. 2):

- a) Quia Romam veni
- b) Ubi primum Romam veni
- c) Ut Romam veniam
- d) Dum Romam venio

2. In consiliis mihi dandis (r. 4):

- a) Quamquam mihi consilia dedisti
- b) Ut mihi consilia des
- c) Ad consilia mihi danda
- d) Quod mihi consilia dedisti

3. Acerbissime discidium nostrum tulisse (r. 7):

- a) Optime discidium nostrum tulisse
- b) Acerbissime discidium nostrum passum esse
- c) Optime discidium nostrum non tulisse
- d) Aeque animo discidium nostrum passum esse

4. Ad conficiendum reditum meum (r. 8):

- a) ut Romam redirem
- b) ut Athenas peterem
- c) quod Romam redii
- d) dum Romam redeo

5. Ad cumulandum gaudium (rr. 9-10)

- a) Ne gaudium meum augetur
- b) Ut gaudium meum augetur
- c) Quod gaudium meum auctum est
- d) Quamquam gaudium meum auctum est

6. In re autem familiari ... valde laboramus (rr. 15-16):

- a) de re familiari multum timemus
- b) in re familiari valde securi sumus
- c) de re familiari non laboramus
- d) de re familiari non timemus

7. tuarumque non tam facultatum ... quam consiliorum ... indigemus (rr. 16-19)

- a) opus est mihi consiliis magis quam facultatibus tuis
- b) opus est mihi facultatibus tuis, sed non consiliis
- c) opus est tibi consiliis meis
- d) opibus tuis careo

8. Ad colligendas et constituendas reliquias nostras (rr. 17-18):

- a) quia reliquias nostras colligimus et constituimus
- b) ut reliquias nostras colligamus et constituamus
- c) cum reliquias nostras colligamus et constituamus
- d) quamquam reliquias nostras collegimus et constituimus

1	2	3	4	5	6	7	8

5. Scegli la risposta corretta (grammatica). (8)

1. faciendum (r.2) è:

- a) parte integrante di una perifrastica attiva
- b) parte integrante di una perifrastica passiva
- c) gerundio
- d) participio predicativo

2. dandis (r.4) è

- a) gerundio concordato con *consiliis*
- b) gerundivo concordato con *consiliis*
- c) supino attivo
- d) gerundivo concordato con *mihi*

3. vere (r.8) è

- a) sostantivo
- b) avverbio
- c) aggettivo
- d) verbo

4. quem (r.10) è

- a) pronome interrogativo
- b) congiunzione
- c) nesso relativo
- d) aggettivo interrogativo

5. hac (r.12) è

- a) nominativo
- b) accusativo
- c) vocativo
- d) ablativo

6. quod... arbitrati sumus è (r.13)

- a) subordinata relativa
- b) subordinata completiva
- c) subordinata causale
- d) subordinata interrogativa indiretta

7. quam optaveramus (r.15) è:

- a) subordinata relativa
- b) subordinata interrogativa indiretta
- c) subordinata comparativa
- d) subordinata causale

8. quae (r.15) è

- a) nominativo femminile plurale
- b) nominativo femminile singolare
- c) nominativo neutro plurale
- d) accusativo neutro plurale

1	2	3	4	5	6	7	8

6. Trasforma le frasi come viene indicato (6)

A. rr. 2 **cum primum** Romam **veni**

Quamquam Romam _____ (*subordinata concessiva*)

B. r. 5 **propter** meam in te **observantiam** nimium in custodia salutis meae diligentem

cum ego te _____ (*usa observo, -are in rapporto di anteriorità*), nimium in custodia salutis meae diligens fuisti

C. rr. 7-8 (cognoveram... te) ... plurimum operae... **ad conficiendum** reditum meum contulisse
plurimum operae contulisti **ut** reditum meum _____

D. rr. 12-13 hac restitutione fortunae me ipse non satis dignum iudicabo

ipse me iudicabo non satis **dignum qui** hanc restitutionem fortunae _____ (*usa consequor, -eris, -secutus sum, -sequi*)

E. rr. 15-16 in re autem familiari, quae quem ad modum **fracta**... **sit** non ignoras...

Non ignoras **rem familiarem** _____ (*infinitiva*)

F. rr. 17-18 **tuorum**... **consiliorum**... indigemus

mihi **opus est** _____